Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 5.

AUTOGRAFY BIBLIOTEKI ZAKŁADU NARODOWEGO IM. OSSOLIŃSKICH

1789. Teuffenbach, baron. List do Sebastiana Lubomirskiego, kasztelana małogoskiego 1593.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

Rkt
7.
1789
INSTITUT OSSOLINSKI

Generose ac Magnifice Domine, Amice et Vicine Nobis observan.^{mi} Salutem et Seruitiorum nostrorum commen:

Ex Literis Gener. Mag. Dom. Vrã. 20. die praesentis Mensis Augusti ex Arce sua Dopczitzeñ ad nos datis, eidem 13 diem imminentis Mensis Septembris pro Iuridico termino in negotio. 13. oppidanorũ et subditorũ suæ Mattis Caesar. placere intelleximus. Alioqui, ea ipsa die etiam in Comitijs G. M. D. Vram comparere debere, dubitareq; propterea, an negotium praefixo ipso termino reuideri possit.

Nos sanè quod ad terminum intellecta ratione certissima, non multum, si aliquot diebus ulterius prolongabitur, refragabimur, modo post reditum G. M. D. Vrã ex comitijs certus et breuis terminus praefigatur, ibidemq; in Loco per eandẽ nominato, oppido Veszt Warallija, cui nos assentimur, negotiũ per certos et praecipuos Arbitros utrinq; eligend. reuideatur et componatq. Speramus autem idem negotium, necnon alias differẽtias quae inter fideles et subditos suae Mtis Caesar. ac Serenmi Regis Poloniae uertuntur eo magis et commodius, si nos cum G. M. D. V. personalit. conuenerimus decidi et componi posse. Nihil enim aliud cupimus, quam ut communis pax et tranquillitas inter uicinos et conterraneos obseruetur, prout etiam G. M. D. V. idipsum optare, certo persuasum habemus. Et ideo Eand. per praesentes qoq; petimus, uelit statim post reditum suum

ex

ex Comitijs, de certo breuiqȝ termino cogitare, et nobis per
Literas indicare, quo iam tandem a curis et molestijs huius
rei tam nos, quam G. M. D. V. immunis esse queamus.
Et de his eiusdem [illegible] responsum. Ac in reliquo
Eandem G. M. D. Vram foelicissime valere optam.
Cassoviae 27 Augusti, Anno 93

Gen. ac Magcae D. Vrae

Amicus et vicinus
paratiss.

[illegible] Baro
a Teuffenpach

Generoso ac Mag^co^ Domino Sebastiano Lubomier-
skij, Castellano Malogoscensi, Capitaneo
Sandecensi Scepusiensi Dobczicensi etc.
Domino amico et Vicino Nobis obseruan[do]

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL – CENTER

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.